

*81. Instrumentum testamenti di Andrea
notarii Andree, arcidiacono potentino*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*81. Instrumentum testamenti di Andrea
notarii Andree, arcidiacono potentino*

1383-09-06

(c. 479v) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo tercio, regnante serenissimo domino nostro Carulo tercio rege Ierusalem et Sicilie rege, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno secundo feliciter amen, die sexto mensis septembris, septime indictionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos notarius Ciccus de Ingannulo ipsius civitatis annalis iudex, Antonius de Ma(n)como(n)[..] de Launiano publicus ubique per provincie <sic> Terre Laboris et comitatus Molisii, Principatus citra et ultra serras Montorii, et Basilicate reginali autoritate notarius et subscripti testes [ad] hoc specialiter vocati et rogati, presenti scri[p]to publico notumfacimus, [f]atem[ur et te]stamur quod ad preces nobis factas pro parte venerabili viri domni Andree notarii Andree archidiaconi Potentini, accersitis nobis ad domum iudicis Angeli notarii Andree, sitam in dicta civitate Potentie, in parochia Sancti Girardi, suis loco et finibus limitatam, in qua quidem // (c. 480r) domo invenimus eundem domnum Andream archidiaconum Potentinum, consentientem primo in nos prefatos iudicem et notarium ut in suos, cum sciret ex certa eius scientia nos suos iudicem et notarium in hac parte non esse, iurisdicionem suam nobis voluntarie prorogando, infirmum iacentem in lecto egrum et humana infirmitate gravatum, sanum tamen mente ac in recta locutione existentem, tantum considerans [..]volucro <in> sue mentis acie nature instabiliter Il computo dell'era regni è espresso ricorrendo all'anno incipiente allungato.

naconem et lugrilem <sic> sub qua in moriendo quisque mortalis e(st) a lege prostpetus <sic>, nec non et advertens mortis titulum qua nil ipsa cercior reperitur et volens nempe proin(de) salute eius anime, expiata mente, providere, ne quod absit decederet intestatus rerum suarum distributione non facta de bonis suis omnibus, tam mobilibus quam stabilibus, hunc suum ordinavit, fecit et condidit testamentum, quod voluit esse ultimum et finale et quod si non valent <sic> iure testamenti, saltem valeat iure codicillorum et cuiuscumque ultime alterius voluntatis obtineat firmitatem; in quo quidem testamento heredem sibi instituit predictum iudicem Angelum notare <sic> Andree// (c. 480v), fratrem suum carnalem in omnibus bonis suis mobilibus et stabilibus, preter quam infrascriptis legatis et fidei comissi <sic>; item sup(positu)m mori contingerit, elegit corpus suum sepelli intus ecclesiam Sancti Girardi, in illo monumento in quo sepelliuntur clerici ecclesie supradicte; item legavit pro male ablato inertom tarenos decem; item legavit domno Andree notarii Ruberti, terras que suprao pro indiviso cum Cominella de Lacupensuli et similiter legavit eidem domno Andrea notarii Roberti certas alias terras que vocantur lo Forragenale, quas habet pro indiviso cum magistro Tadeo, in vita tantum ipsius domni Andree et voluit testator ipse quod predictus domnus Andreas post mortem suam omnes predictas terras dimict[a]t uni presbitero dicte ecclesie Sancti Girardi, iuxta conscientiam suam, prout sibi melius visum erit; item legavit diacono Nicolao notarii Andree terras que vocant Petra de Sancto Francisco, durante tantum vita ipsius diaconis Nicolai, et voluit testator ipse quod post mortem ipsius diaconi Nicolai terre // (c. 481r) ipse revertantur et esse debeant

luminarie dicte ecclesie Sancti Girardi; item legavit domno Dome(ni)co de [.....] tarenos tres; item testator ipse ex nunc pro ut ex tunc revocavit omnia testamenta omnesque codicillos certansque ultimas voluntates forsitan olim facta per eum quodque voluit expresse presens suum testamentum ultimum esse et finale et quod rumpat et annullet seu irritet de certo omne testamentum seu codicillum quod forsitan ipse testator fecerit tempore retrohacto; item idem testator fecit et ordinavit epitropos, distributores et exaptos presentis sui testamenti prenominatos iudicem Angelum <et> domnum Andream, quibus dedit liberam et plenariam potestatem capiendi, vendendi, ali[enandi], distribuendi tantum de bonis suis donec presens testamentum et legata in eo contenta plenarie exequantur. Unde ad futuram memoriam et dicti testatoris preces et omnium quorum et cuius interest et interesse poterit in futurum certitudinem et cautelam, factum est exinde presens publicum // (c. 481v) instrumentum per manus mei predicti notarii, signo et suboracione mei qui supra iudicis et notarii, predictorum subscriptorum testium subscriptioni/bus roboratum.

2

3

Una lacuna in S, per caduta della carta, impedisce la lettura integrale; in ogni modo, è ipotizzabile che si tratti del notaio Antonius de Marco Mordente de Laurino, rogatario di documenti coevi

Così S probabilmente per et volvens

6

4

5

6

7

8

9

Quod scripsi ego prefatus notarius publicus ut supra
notarius <sic> qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque solito meo signo signavi. (S) Ego qui
supra notarius Ciccus iudex subscripsi Ego diaconus
Antonius de Lacupensuli cavotus Potentinus testis
interfui Ego Adenolfus de Stampis testis sum Ego
presbiter Man[fridus de Centum Mani]bus testis sum
Ego notarius Masellus Strambus interfui Ego presbiter
Leonardus de Ochebilis testis interfui Ego Galasius
de Stampis de Potentia testis sum Ego Cominus de
Balbatesus testis sum

10

11

*Così S, con segni abbreviativi e punto di domanda
nell'interlineo; si può ipotizzare che il dettato originale fosse*
quod nature instabilis sit humane status

Così S probabilmente per? periculum

Così S per ceterasque

Così S per de cetero

Così S per executores

Così S per subscriptione

Così S qui, in docc. coevi archidiaconus

Così S qui, in nota testium Balba